53 Sexto, circa dict. l. 3. erit obſeruandum eius prohibitionem, non ſolum comprehendere præd. officiales, qui ab ipſa Republica conducunt redditus ipſius, atque *los beſtecimientos de ella, ſino tambien los que los toman, y arriendan (aunque ſea ſin fraude alguna) de los que los tienen arrendados, y rematados del Conſiſtorio, y ſiruen los dichos baſtecimientos, o ſe arriendan de los que los arrendaron del Conſiſtorio, y los goçan, pues la dicha l. Real. generalmente habla con los que arriendan los propios, y rentas del conceio, y toman, y ſiruen los baſtecimientos de las carnicerias*, vt ex ea patet ibi: ¶ *No ſean arrendadores, ni recaudadores por mayor, ni menor, ni ſean fiadores, ni abonadores, ni aſſeguradores de rentas de propios, y conceiales ni de las carnicerias de ellas: y milita la miſma razon de prohibicion, daños, e inconuenientes de la Republica, en los vnos que en los otros, pues ſolamente ſe atiende, a que no ſean arrendadores, ni baſtecedores de la Republica los del Conſiſtorio de ella, de que reſultan los dichos daños, agora ayan arrendado del Conſiſtorio, o de la perſona que de ſu mano lo tiene por remate*, quia nihil intereſt, quod ex æquipollentibus fiat, ſiquidem hic reconductor habet cauſam, & titulum, & ceſſionem à primo conductore Reipublicæ, qui ab eo ius & titulum immediatum habet, & ſubrogatum debet ſapere naturam ſubrogati, *l. vnic. C. de rei vxor. act. cum ſimil. y el que ſirue actualmente los abaſtos, eſta obligado, y ſuieto al gouierno, y penas, y ordenancas del Regimiento, como ſi arrendara del miſmo Regimiento, y a ello ſe ſomete, y ſuieta.*

Denique, quia ſic videmus, quod perſonæ prohibitæ conducere gabellas, cæteraque iura Regia, cenſentur prohibitæ non ſolum ea conducere à Rege eiuſque ſummis computatoribus, ſed etiam ab eorum conductoribus ex identitate rationis, vt clare deducitur *ex l. 4. tit. 10. hoc lib. 9.* vt modo ſupra dicebamus, *num. 33. in verſiculo circa quarum legum.* Ergo idem eſt dicendum redditib. & iuribus, & præcipue in conductione, de las carnicerias, y otros abaſtos, ciuitatis & villæ, vt perſonæ prohibitæ ea conducere, ſint etiam prohibitæ reconducere à primis conductoribus Reipublicæ ſub eiſdem pænis, ſiquidem hi duo caſus, quantum ad prohibitionem, earundem perſonarum, ſunt æquiparati legib. Regiis antiquioribus congeſtis in dict. l. 3. ibi: ¶ *De rentas de propios, y conceiales, ni de rentas Reales de las ciudades, villas, y lugares, donde tuuieren los dichos oficios, ni de las carnicerias de ellas:* Ergo ll. noua, nempe dict. *l. 4. titulo 10. libr. 9.* loquens in conductorib. redditnum Regalium prohibitis conducere, vt nec etiam reconducere poſſint à primis conductoribus ſub eiſdem pœnis, locum habere debet, & in conductoribus redditnum, & propriorum, *y de las carnicerias de todas las ciudadas, y villas de eſtos Reynos*, iuxta doctrinam gloſſæ *in l. quod vero* contra gloſſam, *1. ad fin. in verſicul. Sed non ne, ff. de leg. & in l. ſi quis ſeruo alieno, verb. corrumpi C. de furt. & ſeru. corrup.* Quam doctrinam.

54 Nempe, quod quando duo caſus ſunt æquiparati a l. veteri, l. noua loquens in vno, habeat locum in alio, dicit communem Anton. Gomez *in l. 4. Tauri, num. 7.* & Iaſon, vbi bene loquitur *in dict. authentica quas actiones, num. 19.* Aymon. Crauet. *de antiquit. temporis, 4. part. in principio, num. 98. cum ſequentibus*, vbi plures allegat, & ampliat, † vt procedat etiam in 55 pœnalibus, & multo magis in correctoriis, ſecundum communem opinionem vt ibi per eum *numer. 100.* † Quod procedit, præſertim cum præd. æquiparatio facta ſit punctualiter in eadem materia, & caſu, ſcilicet, prohibitionis conducendi redditus Regios, & Reipublicæ, quo caſu procedit recte, & intelligi debet dict. doctrina communis: ſecus ſi æquiparatio fiat in alia materia: ſecundum Iaſon. *in l. ſi conſtante, num. 30. ff. ſoluto matrimonio*, de quo per Crauettam *vbi ſupr.* & quando æquiparatio eſt facta: † Item per 56 modum regulæ generalis & generaliter expreſſæ (prout in propoſito contingit) ſecundum Tell. Fernandez *in dict. l. 4. Tauri n. 25.* quas duas declarationes, & aliam tertiam, ſcilicet, quando in caſu omiſſo eſt aliter prouiſum, refertur, & ſequitur cum aliis auctoribus *deciſione 6. Senatus Pedemont. Cacher. nu. 9. & 10.* & alias plures declarationes, & limitationes congerit ad præd. doctrinam Crauet. vbi *ſupra, num. 134. cum ſequentibus*, de qua eſt etiam videndus Burg. de Paz *in l. 3. Taur. 2. concl. n. 94. cum ſeqq.*

SVMMARIA.

1 *Conductores gabellarum maiores, vel minores tenentur ſatiſdare intra terminos legũ huius Regni.*

2 *Locatio redditunm Regaliũ facta in aliis iuxta legum diſpoſitionẽ valida eſt, licet fideiuſſio à conductore, neque recepta, neque oblata ſit: cõmiſſarij autem & rationales ad periculum tenebuntur.*

3 *Fideiuſſione ſemel pro ſufficiẽti recepta, an ſi poſtea caſu aliud ſuccedat, conductores gabell. incidant in pœnam* l. 11. tit. 11. lib. 9. nou. Coll. Reg.

4 *Los teſtigos que abonan a los arrendadores de rẽtas Reales, o a ſus fidores, que entonces realmente eran ricos, y deſpues a caſo hã venido en quiebra, ſi eſtan obligados a pagar por ellos?* & n. ſeqq.

5 *Cautio petenda non eſt, ab eo, qui tempore contractus erat ita pauper ſicut, nunc, ſed tunc demum, quando adeſt noua cauſa ſuperueniens.*

8 *Los arrendadores de rentas Reales, que no dieren las fiancas que ſon obligados en el termino que mandan las leyes deſtos Reynos, aunque las den deſpues, pierden el prometido, y las quartas partes de puias.*

9 *Fideiuſſores dari poſſunt extra territorium, cuius gabellæ locantur, modo intra Regna ſatiſdatio fiat: locis quibuſdã exceptis de quibus hic limit.* n. 10.

11 *Los Contadores mayores de ſu Mageſtad, ni los del ſu Conceio, ny Oydores, ni Alcaldes de la caſa, y Corte de ſu Mageſtad, ni los lugares tenientes, ni oficia les de los dichos Contadores mayores por mayor, ni por menor no pueden ſer fiadores de rentas Reales.*

QVÆSTIO CXXXIII.

Rubrica: De fideiuſſoribus præſtandis à conductoribus gabellarum. Ad quid teneantur gabellarum conductores.

QVæro modo *ad quid teneantur gabellarum conductores?* Et in hoc obſeruandum eſt, quod gabellarum conductores, ſiue maiores, ſiue minores tenentur ſatiſdare intra terminos *l. 7. 8. & 9. tit. 11. hoc li. 9. Coll. Reg.* & in conditione 6. *del encabecamiento general deſtos Reynos.* 1

Illud autem conſtat in hac materia, quod ſi 2 locatio

locatio fiat iuxta legum diſpoſitionem fideiuſſio, autem à conductore neque recepta, nec oblata ſit, non irritatur contractus, ſed recte valet: commiſſarij autem & rationales ad periculum tenebuntur, vt reſoluit Menchac. *de ſucceſſ. creatione, §. 15. n. 40. in impreſſion. Salmantic.* quem refert, & ſequitur Laſſart. *de decim. vend. c. 18. n. 16.*

3 Hoc vero in dubium vertitur: *an ſi ſemel gabellarius dederit ſatiſdationem, & recepta ſit à rationalibus, & actoribus gabellarum, quæ tamen poſtea non ſatis idonea eſſe reperiatur, vel ex eo, quod caſu quodam illi fideiuſſores ad inopiam vergunt, vel quod in clementia temporis redditus ille exinanitus ita fuit, vt quod ſatis erat contractus tempore, modo non ſufficiat, incurrat in pœnam, l. 47. del quaderno de las alcaualas hodie l. 11. tit. 11. hoc lib. 9.* qua cauetur, *Que quando el arrendador mayor no contentare de fiancas en los terminos en las leyes antes deſta ſeñalados, que demas de perder el prometido, y las quartas partes de puias, puedan Contadores mayores tomar la dicha renta para ſu Mageſtad, o ſi mas conuiniere boluerla a la almoneda, y la quiebra que en ella huuiere ſe cobre del arrendador que no contento de fiancas, y de ſus bienes, y fiadores?* quod in vtramque partem diſcutit Mench. *de ſucceſſ. creat. §. 4. n. 4. verſ. illud autem*, & licet dicat, ſe hunc caſum non decidere, quia hæc controuerſia tunc pendebat in locatione eius redditus Regalis, *que Puertos Secos* appellantur, nihilominus in eam videtur inclinare ſententia, quod præd. gabellarius in hac ſpecie non incidat in præd. pœnam, quam opinio verior videtur ex verbis d. l. 11. in princ. ibi: *No contentare fiancas, ni las abonare, ni ſacare el recudimiento en los terminos en las leyes antes deſta ſeñalados*: & ad fi. ibi in deciſione *Que no contentare de fiancas, &c.* Hæc namque lex eſt pœnalis, & maxime præiudicialis conductoribus: Ergo in caſu tantum in quo loquitur intelligenda, & practicanda eſt, nempe, *quando no contento el arrendador de fiancas*, non vero extendenda ad caſum, de quo agimus, qui non eſt deciſus *per d. l.* quinimo in eo conductor liber eſt, ſiquidem impleuit, formam d. l. 11. vt concludunt rationes pro hac parte adductæ per Mencha. Imputent ergo ſibi actores Regalium redditunm, qui tales fideiuſſores receperunt, vel aliter pro ſecuritate non cauerunt, prout iam prope ſemper hanc rem ſummi rationales tempore contractus per conuentionem ſolent dilucidare, vt affirmat Menchac. vbi *ſupr.* cum cuius ſententia tranſit Laſſart. *d. c. 18. n. 17.* & eſt vera.

4 Ex quibus videtur idem dicendum in teſtibus deponentibus de probitate, & idoneitate facultatum conductorum, & fideiuſſorum affirmantibus, illos eſſe ſufficientes ad ſoluendum debitum Regium, hoc eſt, *que ſon abonados pagar la renta, &c. nempe*, quod ſi conductores gabellarum, eorumque fideiuſſores pro quibus teſtificati ſunt, diuites fuerint, & facultatibus potentes tempore teſtificationis, hoc probato excuſentur præd. teſtes, licet tempore ſolutionis in aduerſam declinauerint fortunam, pauperioreſque caſu, vel fortuna temporis in clementia facti fuerint, prout iure communi attento, videntur excuſandi: ſiquidem tempus contractus inſpiciendum eſt in hoc, de quo ipſi teſtes teſtantur, non vero futurum, quæ opinio comprobatur ex late traditis, & congeſtis per Roder. Suar. *in l. fori tit. de los emplacamientos, § fi. nu. 20. cum ſequentibus*
5 *vſque in fin.* † vbi reſoluit, quod cautio ab eo petenda non eſt, quod tempore contractus erat ita pauper ſicut nunc, ſed tunc demum, quando adeſt noua cauſa ſuperueniens paupertatis: eſtque communis ſententia, eſſe neceſſariam ſuſpicionem de nouo ad præd. cautionem præſtandam, affirmat Paul. de Caſtr. *in l. etiam, § licet, n. 3. ff. ſol. matr.* idque probatur *ex l. in omnib. ff. de iudic.* Secundo eadem probari videtur ex eo, quod nullum fiſci priuilegium in hac ſpecie de teſtibus approbatoris, de quibus agimus, inueniamus, quo ceſſante ius commune eſt in contrarium, & præterea verba, & intentio, atque affirmatio teſtium expreſſe relata ad tempus depoſitionis ipſorum cõtradicere videtur, quis ergo vltra eorum intentionem eos obligatos eſſe cenſebit; ſiquidem obligatio iure Regio, ita demum inducitur nempe, *pareciendo que vno ſe quiſo obligar a otro*, & non alias denique ex *l. cum quis, ff. de ſolut. ibi. tacite enim hæc conuentio ineſſe ſtipilation. videtur, ſi in eadem cauſa maneat.*

Nihilominus tamen in fauorem fiſci mouere 6 poteſt ſequens conſideratio, nempe eos teſtes in eum finem deſumi, & recipi, vt conductores, eorumque fideiuſſores approbati remaneant ad totum debitum Regium exigendum, tempore ſolutionis adueniente, ſicque non ſolum tempus contractus, & depoſitionis inſpici debet, ſed etiam virtualiter tempus ſolutionis ex fine rei argum. text. *in l. Magiſtratus, C. de Magiſtra. conueniend.* vbi probatur, quod magiſtratus tenetur in ſubſidium, ſi tutor non fuerit ſoluendo tẽpore depoſitionis officij, hoc eſt tempore finitæ tutellæ, & ſolutionis reliquorum, iux. gloſſ. ibi *verb. adminiſtrationis*, & ibi Salic. *num. 1.* Similiter etiam argument. *d. l. cum quis* vbi cum quis ſibi, aut Titio dari ſtipulatus ſit: magis eſſe ait, vt ita demum recte Titio ſoluendum ſit, ſi in eodem ſtatu maneat, quo fuit, cum ſtipulatio interponeretur: & ibi *tacite enim hæc conuentio ineſſe ſtipulationi videtur, ſi in eadem cauſſa maneat*: Ergo ita, & eodem modo tempus quoque ſolutionis in propoſito inſpiciendum eſt, & tacite adiectum videtur in depoſitione teſtium deponentium, conductores Regios, eorumque fideiuſſores ſufficientes eſſe ad ſoluendos redditus Regios, ſi quidem in eum finem recipiuntur, ſicque tex. ille recte probare videtur hanc ſecundam ſententiam, non vero priorem, ex quib. iurib. præd. ſecundam opinionem ſcilicet, quod præd. teſtib. non ſufficiat illa exceptio, quod conductores gabellarum pro quibus teſtificati ſunt, vel eos approbarunt, diuites erant idonei, atque ſufficientes tempore teſtificationis quoniam in ſubſidium tenebuntur, ſi tempore ſolutionis, & finiti officij huiuſmodi non fuerint. In terminis tenet Girond. *de gabell. 3. p. ſub numer. 33. cum ſeqq. vſque in finem*, quam ſequitur Azeu. *in l. 14. num. 4. titul. 7. lib. 9. & in l. 6. num. 10. tit. 10 eodem lib. 9.* ſicut etiam tenentur fideiuſſores, ad quorum inſtar iſti teſtes approbatores in eum finem aſſumuntur, vt patet, quibus rationibus in hanc ſententiam procliuior ſum, & eam probo, quando ſimpliciter generaliter & indiſtincte teſtes affirmarunt in ſuis depoſitionibus: conductores, vel fideiuſſores, aut vtroſque, & quemlibet ipſorum idoneos, vel ſufficientes eſſe ad ſoluendum illud pretium; vel debitum, licet poſtea tempore ſolutionis aliud quacunque ratione, & cauſa appareat: nam nihilominus præd. teſtes tenebuntur in ſubſidium eo modo quo refert Azeu. *in d. l. 6. tit. 10. n. 9. li. 9. nou. Coll. Reg.* vt habet, hæc ſecunda ſententia, quam probo, † quod procul 7 omni dubio procedet, ſi teſtes vtra ſupr. adiecerint,

 quod

quod conductores, & fideiuſſores, quos approbant, erunt bonis, & facultatibus ſufficientes tempore ſolutionis ad ſoluendum præd. reddituum Regium: Idemque erit obſeruandum, quando id præcautum fuerit ab actoribus reddituum Regalium per conditionem expreſſam teſtibus poſtea deponentibus notam factam.

8 Illud autem proculdubio eſſe videtur, vt ſi conductor intra tempus à legibus Regiis ſtatutum fideiuſſores idoneos non præſtiterit iuxta formam ipſarum, etiam ſi alias diues ſit, fideiuſſoresque lapſo termino præſtiterit, amittet promiſſum, hoc eſt, *el prometido, y las quartas partes de puias*, vt patet primo ex *l. 10. tit. 11. hoc lib. 9. nou. Coll. Reg. ibi: Dentro de los dicho cinco dias deſpues del poſtrimero remate, &c. pierda el prometido que les ouiere ſido prometido con la dicha renta, y les no ſea librado, ni ganen quarta parte de puia en ello, aunque le ſea pu ada, y quede todo para nos*: deinde & ſecundo ex l. 11. eodem titulo, ibi: *En los terminos en las leyes antes deſta ſeñalados, que demas de peder el prometida, y las quartas partes de puias, &c.* tandem, & tertio, ex *l. 9. tit. 12. hoc lib.* 9. vbi idem cauetur: *En los arrendadores menores, que no dieren las fianzas en la ley antes de aquella ſeñalados*: hæ enim leges requirunt pro forma, præſtari fideiuſſores idoneos, & reliqua fieri de quibus in ipſis intra terminos ab eiſdem aſſignatos, & alias præcipiunt, vt amittant promiſſum: ergo forma illa ad vnguem non obſeruata, non gaudebunt commodo promiſſi, vt in terminis late probat Gironda *de gabel. 2. par. n. 26. cum ſeqq.*

9 Fideiuſſores autem dari poſſunt etiam extra territorium, cuius gabellæ locantur, modo intra hæc regna ſatiſdatio fiat locis, quibuſdam exceptis, nempe, Galizia, Aſturias, y Vizcaya, vt cauetur *in l. 1. tit. 10. hoc libro 9.* quod iure ſpeciali procedere reſoluit Caſtell. *in l. 66.* Taur. *in gloſ. De ſe arraygar, col. 2. in verſi. ſed pone, ante primam additionem*, vt refert Laſſart. *de decim.*
10 *vendi. c.* 18. *n.* 18. † vbi *n.* 19. limita diſpoſitum *in d. l.* 1. in dominis particularibus, niſi vel in alio loco ſuæ iuriſdictionis detur ſatiſdatio, etiam extra territorium loci, cuius gabellæ conductæ fuerint, tunc enim eadem eſt ratio, alias obſeruanda erit regula iuris communis de qua *in l. multis*, & ibi gloſſ. & Bert. *C. de Principibus agent. lib.* 12. Eſt enim hæc ſatiſdatio voluntaria, cum à voluntario contractu procedat, atque ideo in alium locum remitti non debet, *l. fideiuſſor, §. ſi neceſſaria*, vbi gl. Bart. & communiter DD. explicant *ff. qui ſatiſd. cog.*

11 Fideiuſſores autem reddituum Regalium (vltra ſupra enumeratos) eſſe no poſſunt contenti *in l. 5. tit. 10. hoc li. 9.* nempe, *los Contadores, mayores de ſu Mageſtad, ni los del ſu Conſeio, ni Oydores, ni Alcaldes de la caſa, y Corte de ſu Mageſtad, ni los lugares tenientes, ni oficiales de los diches Contadores mayores por mayor, ni por menor.*

SVMMARIA.

1 *Licitator primus an per ſecundum maiorem ſummam offerentem liberetur?* & n. ſeqq. *referuntur duæ opiniones contrariæ in hoc, & concordia inter eas aſſignatur*, n. 3. *& quid in redditibus Regalibus, attento iure noſtro Regio*, n. 4 cum ſeqq.

6 *El que traſpaſſa la renta Real por mayor, eſta obligado al ſaneamiento della haſta que contente de fiancas el que la ha recebido à contento de los Contadores mayores, o de ſus lugares tenientes: y en las rentas menores a contentamiento de los arrendadores mayores, y recaudadores.*

7 *Conductor ſecundus ſi aufugiat, vel fiat non ſoluendo tenetur primus, qui non liberatur cedendo communitati iura, & actiones contra ſecundum fallit, niſi hic ſecundus ſatisfecerit de fideiuſſoribus*, a contento de los Contadores mayores, vt in n. 8.

9 *Communitas in ſubſidium agere poteſt contra ſecundum conductorem, vel emtorem gabellarum titulum habentem à priori, qui fugit, vel effectus eſt non ſoluendo, dummodo locatio fiat alteri æque idoneo, alias poteſt expelli per locatorem, vt* in n. 10. y no baſta que ſea æque idoneo, ſino que ha de contentar de fiancas, y entretanto que eſto no ſe haze no ſe libra el primero, *vt* in n. 11.

QVÆSTIO CXXXIV.

An per ſecundum licitatorem liberetur primus?

QVæro etiam: *An per ſecundum licitatorem* 1
maiorem ſummam in ſubhaſtationibus rerum offerentem liberetur primus? Et quamuis de hoc alibi egerimus quoniam hic eſt locus proprius huius quæſtionis, iterum de ea latius agemus in qua Bart. *in l. licit. q 1. ff. de publi. & vectig.* tenuit, quod primus non liberetur ex tex. *in l. Sabinus, ff. de in diem addict.* quem ſequitur Alex. *in addit. ad ipſum ibid.* & Firmian. *de gab. 2. p. n.* 20. & Salic. *in l. penes, C. de vectig.* & Iadoc. Burg. *in compendio ſubhaſt. c. 4. n. 8. Ang. conſ.* 324. quos ad hoc refert Arias Pinel. *in l. 2. C. de reſcind. vend. 2. p. c. 2. n. 29.*

Contrariam tamen ſententiam, & ſic affirmati- 2
uam, tenet & probat Cremenſ. *ſingul.* 41. *Tuſcis* poſt Bald. quem refert per tex. *in l. Valer. ff. de præt. ſtipul. & l. ſtipul. eſt ff. de fideiuſſ. l. cum plures, §. lege, ff. loc.* Eandem opinionem ſequitur Paul. de Caſtr. *in d. l. licit. in princip. num.* 3. & Auend. *2. p. c. 12. præt. n. 8. in verſ. item infertur*, & Auiles *in c. 32. præt. in glo. Puiar, n. 6. cum ſeqq.* & Arias Pin. *vbi ſupr.* & Fabia de Mont. *de emption. & vend. in verſ. de forma autem ſubhaſtat. n.* 93. & refert alios eam ſequutus, & dicens, quod hæc opinio eſt receptior, & Girond. *de gab. 2. p. §. 1. n. 20. & 21.*

Inter has tamen opiniones contrarias ſolet illa 3
concordia aſſignari, vt prima procedat, quoties ſecunda licitatio non eſt acceptata: ſecunda vero, quando eſt acceptata, ita Rebuff. *de præconiis in 2. tom. ad conſtitutiones Galliæ, art. 7. glo. vnic. n. 21. ſequitur* Caſſa. *in conſuet. Burgund. rubri. 5. §. 2. n. 23. & 24.* Azeu. *in l. 4. n. 26. tit. 5. lib. 7. nou. Coll. Reg.* & Girond. vbi ſupra addens ex Fabia de Monte vbi *ſupra*, hoc procedere, nempe 2. p. ſuprad. receptiorem, quando res fuit perfecte licitata, traditaque plus offerenti, & quoties ſecundus licitator eſt idoneus facultatibus, & ſoluendo, in quod citat etiam Caſſan. vbi *ſup. verſ. ad vnum, fol. 207. & in tit. ordin. Cancell. n. 22. fol.* 389.

Hæc tamen intelligenda ſunt in ſubhaſtatione bonorum, quæ Regis non ſunt.

Cæterum

4 Cæterum in redditibus Regiis opinio Bartol. iure Regio approbata videtur, primo, ex *l. 11. tit. 11. hoc libr. 9. ibi: Y la quiebra, y menoſcabo que en ella ouiere, ſe cobre del arrendador que no contento de fiancas, y de ſus bienes, y fiadores*, quam l. ad hoc conſiderauit Doctor Caſtell. *in l. 70.* Taur. *num.* 37. & Azeued. eum ſequutus *in dict. l. 4. ſub num. 26. titu. 5. lib. 7. nouæ Coll. Reg.*

Sed meo quidem iudicio ea lex, vt patet ex eius littera, non loquitur, quando erant plures licitatores, ſed quando primus licitator, *en quien eſtaua rematada la renta, no contento de fiancas, como quedo de darlas a contento*, quo caſu merito, vt non ob impletam hanc conductionis conditionem patiatur hoc damnum, quod ipſe non liberetur, quinimo ad hoc expreſſe tenetur legis prouiſione, & plerumque conuentione, & placito in id expreſſo contrahentium: Nos vero non agimus de hac ſpecie, ſed de altera multum diuerſa nempe, *quando antes que la renta Real ſe remate de todo remate, ay otro ſegundo que puia: ſi ſe librara el primero por recebir ſe eſta ſegunda puia, por los hazedores de las rentas Reales? eſte caſo no le decide la ley* 11. vt prædict. *Cobiſpani noſtri autumant, y aſſi queda omiſſo, y va mucha diferencia de vn caſo a otro, como mas largamente diximos dict. quæſt. 71. libr. 4. Practic.*

5 Sed quamuis d. l. 11. opinio. Bart. non probet, adeſt tamen altera lex Regia, quæ eam recte probat, nempe, quod iura Regia, veluti gabellarum, & tertiarum redeant ad primos præcedentes licitatores, quando vlteriores in fideiuſſionum idonearum præſtatione defecerint horum periculo, nempe *l. 12. tit. 11. hoc lib.* 9. quæ loquitur *en los arrendamientos de por mayor* (vt patet ex rubric. illius tituli, quæ ita ſe habet: *Mandamos, que ſi en la renta en que el arrendador no contento de fiancas, auia auido antes del otro, o otros ponedores, y nueſtros Contadores mayores extendieren que conuiene a nueſtro ſeruicio hazer torno de vn ponedor en otro, lo puedan hazer ſucceſſiuamente de grado en grado, comencando deſde el que auia fecho mayor poſtura haſta el primero ponedor, en la forma, y en los terminos que en la dicha ley ſe contiene, adonde tambien ſe dize: que fechos los tornos, los arrendadores por cuya culpa ſe hizieron, y ſus fiadores que ouieren dado, ſean obligados a pagar las quiebras, y menoſcabos que en las rentas ouiere, y que lo miſmo en todo ſe entienda en las tercias a ſu Mageſtad pertenecientes, y en otras qualeſquier rentas Reales*: & ita in terminis illam l. 12. notat, & expendit pro hac parte Azeued. *ibid. num. 1. & 2.* dicens, ex text. ad hoc, quod in conductione reddituum Regiorum non liberantur præcedentes licitatores per maiorem licitationem etiam acceptatam, ſed tenentur iuxta formam, & deciſionem illius legis: *Lo miſmo eſta diſpueſto en los arrendamientos de por menor en la l. 11. tit. 12. deſte lib. 9. de la nueua Recop.* & vbi Azeued. *notat in princ.*

6 † *y el que traſpaſſare la renta por mayor que ſea obligado al ſaneamiento della, haſta que contente de fiancas el que ha recebido el traſpaſſo, o dexacion a contentamiento de los Contadores mayores, o de ſus lugareſtenientes, y en las rentas menores a contentamiento de los arrendadores mayores, y recaudadores aſſi lo diſpone la l. 18. titulo 11. y la l. 7. titu. 12. del dicho libro nono.* & vtrobique Azeued.

Iure igitur Regio reſoluimus, ita demum priores licitatores reddituum Regalium eſſe liberatos à ſuis licitationibus, vt ad cuiionem, & ſolutionem non teneantur, ſecundis non ſoluentibus, cum hi ſecundi fideiuſſores idoneos præſtiterint, *a contendos de los Contadores mayores*, vt expreſſe probant d. ll. Regiæ 2. loco adductæ, & in terminis ita ex eis declarat, & tenet Girond. vbi *ſup. in 2. p. §. 1. num. 21. cum ſeqq.* & Azeu. *in dict. l. 12. d. num. 1. & 2.* qui etiam eſt videndus *in l. 2. num. 10. tit. 13. hoc lib. 9.*
† & ex *d. l. 18. tit. 11.* & *l. 7. tit. 12. lib. 9.* 7
approbatur opin. Pet. de Vbal. *in tract. Societ. 10. p. 1. col. ad fin.* dicentis, quod ſi ſecundus conductor aufugiat, vel fiat, non ſoluendo, tenetur primus, qui non liberatur cedendo communitati iura, & actiones contra ſecundum, vt *in l. de illo in princ. ff. pro ſoc.* quem ad hoc refert, & ſequitur Firmian.
de gabell. 2. p. n. 25. † Sed eſt limitanda eorum 8
opinio, niſi hic ſecundus ſatisfecerit de fideiuſſoribus, à contento de los ſennores Contadores mayores, quia tunc liberabitur primus, vt in d. ll. Regiis cauetur, præterquam ſi aliud eo caſu etiam caueatur in conductione in fauorem fiſci, nempe, vt ſi ſecundus in quem conductio fuerit tranſmiſſa, fugerit, vel fiat non ſoluendo, etiam ſi fideiuſſores ad beneplacitum, & contentum dominorum computatorum maiorum præſtiterit, primus adhuc teneatur, & conueniri poſſit, tunc namque conditio ipſa contractus tanquam lex obſeruanda erit, *argumento l. 1. §. ſi conueniat cum ſimil. ff. depoſit.*

Similiter etiam ſi emptor, vel conductor 9
gabellarum locet, vel vendat alteri, & primus conductor fugiat, vel factus ſit non ſoluendo, communitas agere poterit in ſubſidium contra ſecundum conductorem, vel emptorem ad pretium, *argumento l. 1. ff. de inſtit. act. cum*
l. ſeq. † Quod eſt verum ſecundum glo. & 10
Doctores ibi, dum tamen locatio fiat alteri æque idoneo, alias poteſt expelli ſecundus conductor per locatorem, vt tenet Specul. *in tit. de iudiciis. §. 2. verſic. circa hoc*, vt eum refert, & ſequitur Firmian. vbi *ſupr.* & vtrumque ſequitur Girond. vbi *ſupr. d. num.* 21. & probatur hodie in dict. ll. Regiis: † Imo per eas declaratur, nempe, vt non ſufficiat ſecundum eſſe æque idoneum, *ſino que ha de contentar de fiancas; y entretanto que eſto no ſe haze, no ſe libra el primero.*

SVMMARIA.

1 *Quo tempore,& modo gabellæ locari debeant?* & num.ſeqq.

2 *Subhaſtatio requiritur in locatione gabellarum, & per quod tempus agitur*, num. 3. & 4.

5 *Solemnitates, quibus Regiæ gabellæ locari debent, à quibus pacto partium recedi non poteſt*, *vt* in num. *6. Secus in aliis conductionibus, quæ fiunt* con las condiciones de las leyes del quaderno, *vt* in numer. 7. *Idem eſt in locatione gabellarum dominorum particularium, vt* in numero 8.

9 *Remedium l. 2. C. de reſcind. vend. fiſcus vti non poteſt contra conductorem*, eſtando rematada la renta de todo remate: pero eſto ſe entiende ſin perinyzio del derecho que tiene ſu Mageſtad, cerca de las puias del quarto.

10 *Conductores Regiorum redditutum non poſſunt allegare læſionem vltra dimidium iuſti pretij*, & num. 11. *& quid de iure communi? & ratio aſſignatur, ſecus eſt in venditione gabellarum, in qua non inuenitur correctum remedium*, l. 2. C. de reſcindend. vendit. *vt* in n. 12.

13 *Conductores gabellarum poſſunt in alium, vel in alios æque idoneos, qui de fideiuſſoribus omnino ſatisfaciant dominis computatoribus maioribus, iura ſua ſic à Rege conducta transferre, cedereque, quibus obſeruatis, liberantur primi conductores, nullo contra eos amplius recurſu competente fiſco Regio.*

14 *Ad conductores pertinent pœnæ in hac materia gabellarum per leges impoſitæ præter eam partem, quæ iudicibus applicatur, & quæ non agunt de eo, quod conductorum intereſt, & fiſco, atque denuntiatori applicantur.*

QVÆSTIO CXXXV.

Rubrica: De tempore, & modo locandi gabellas. De eodem.

1 QVæro vlterius, *quo tempore, & modo gabellæ locari debeantur*: Quo ad primum reſpondemus, quod antiquitus gabellæ non locabantur minori tempore quam triennio, vt *in l. penes*, vbi Bart. & cæteri DD. C. *de vectig. & commiſſ. l. 7. tit. 7. part.* 5. ea ratione ſecundum Salic. *in l. licet, C. locat.* quia in tribus annis vnus poteſt eſſe fertilis: de iure tamen Regio nouiori, non eſt tempus limitatum in hoc: relictum igitur cenſetur libito, & voluntati computatorum ſupremorum, aliorumque miniſtrorum Regis, quibus cura hæc mandata ſit, vel fuerit: poſſunt ergo gabellæ locari & conduci, pro vno, duobus tribus, vel pluribus annis, vt deducitur *ex l. 2. & 4. tit. 13. & l. 13. & 18. tit. 11. lib. 9. nouæ Collect. Reg.* & in noſtris gabellarum punctuationibus, capit. 6. incip. *Otro ſi con condicion, que ſi pareciere a las iuſticias, &c.* quæ iura in hoc citat Girond. *de gabell. 1. part. in princip. num.* 17.

2 Quo ad ſecundum dicimus, quod ſicut olim requirabatur ſubhaſtatio in locatione gabellarum, vt *in d. l. penes*: ita etiam hodie iuxta formam in hoc datam à noſtris legibus Regiis, quæ erit omnino obſeruanda, præcipue *per l. 3. tit. 3. & l. 2. & 4. titul. 11. & l. 13. titul. 12. hoc lib. 9.* vbi deciditur, quod locatio facta abſque præd. ſolemnitatibus ſit nullius momenti: & de forma ſubhaſtationis tam in rebus fiſcalibus, quam in rebus ciuitatis, & priuatorum agit Auend. *in ſuo diction. verb. Almoneda.*

3 Inſuper addimus *lege 3. tit. 11. hoc lib. 9.* ſtatutum eſſe, *que los Contadores Mayores a veynte dias del mes de Setiembre de cada año, pongan en almoneda publica en el Eſtrado de rentas Reales, todos los partidos que ſe huuieren de arrendar para el año, o años venideros, y dentro de quarenta dias primeros ſiguientes, deſpues que fueren pueſtos en precio, ſe rematen de primero, y poſtrimero remate: pero los ſeñores Contadores Mayores hazen eſto, como, y quando les parece que mas conuiene.*

4 *Mas quando el arrendador mayor arrienda por menor han de hazer las rentas dentro de ſeſenta dias deſpues de preſentado el recudimiento en la cabeca del partido, ſi a la ſazon reſtan por correr del año del arrendamiento, y no paſſan al año ſiguiente, y no quedando el tiempo, las remata en quien ſe hallaren las rentas en fin del año, como lo diſpone la l. 24. tit. 11. deſte lib. 9. adonde aſſi miſmo ſe ordenan, y mandan otras coſas tocantes al propoſito que ſe podran ver en la dicha ley quando el caſo occurriere.*

5 Solemnitates autem, quibus gabellæ Regiæ locari debent, conſtat ex *l. 4. & 26. tit. 11. hoc lib. 9. & ex l. 13. tit. 12. eodem lib. 6.* & ex aliis legibus eiuſdem libri, præcipue ex ordinationibus poſitis *in titul. 2. hoc lib. 9.* † 6 ab his autem pacto partium conducentium diſcedi, aut recedi non poteſt, cum pro forma publica in fauorem fiſci introductæ ſint. † 7 Cæterum in aliis locationibus, & conductionibus quæ fiunt, *con las condiciones de las leyes del quaderno de las alcaualas por pacto, y concierto, ſin el qual no vinieran*, iidem contrahentes poſſunt tacite, & expreſſe approbare alias factum contra ſua propria pacta præcedentia, ſupplereque nullitatem præcedentem ob defectum obſeruationis pactorum remittereque ſolemnitates à ſe prius requiſitas: † 8 Idem dicendum eſt in gabellis, & redditibus dominorum particularium, & prælatorum, quia quilibet in re propria eſt moderator, & arbiter, *l. in re mandata. C. manda. cum ſimilibus*: Vnde licet redditus ſuos diuerſe locauerint, quam à legibus Regiis cauetur, quinimo etiam ſi locatio facta fuerit, *con las condiciones de las leyes del quaderno*, valebit à ſe ſpecialiter gestum, cui non derogatur per generalem conuentionem illam, *con las condiciones de las leyes del quaderno*, argumento *regulæ iuris*, quæ

quæ habet, *generi per ſpeciem non derogari*, ipſi enim domini poſſunt, ſuis præcedentibus pactionibus derogare, vt prædiximus.

Nunc agamus de conditionibus, quibus locantur gabellæ Regiæ, & primo de iis, quæ obligant Regem.

9 In primis poſtquam iura Regia fuerint vltimo, ac omnino alicui addicta: hoc eſt, *rematadas de todo remate en qualquier arrendador*, iuxta formam, & tenorem legum huius Regni, & ſeruatis omnibus ab eis diſpoſitis in præd. addictione, non poſſunt à conductoribus auferri remedio læſionis etiam vltra dimidiam iuſti pretij, nec fiſcales Regij debent ſuper hoc aliquam moleſtiam conductoribus inferre: Ita diſponit *l. 14. tit. 9. hoc lib. 5.* hoc addito, *queeſto ſe entienda ſin periuyzio del derecho que tiene ſu Mageſtad cerca de las puias del quarto, y quedando aquel en ſu fuerca, y vigor, para que qualeſquier perſonas que las quiſieren echar, lo puedan hazer.*

Poſtquam igitur gabellæ fuerint alicui addictæ de vltimo remate, tranſactis tribus menſibus, in quibus admittitur licitatio quarti, deinceps non erit plus offerens admittendus, etiam ſi contra Regem interceſſerit læſio vltra dimidiam, vt *in d. l. 14. iuncta l. 6. tit. 13. eodem lib. 9.* vbi imponitur pœna licitanti poſt terminum trium menſium, quod dictis legibus non viſis iure probauit Caſſan. *in conſuetud. Burgun. tit. ordinationes Chancellariæ, n. 25. fol. 389.* provt eum ad hoc refert Girond. *de gabell. 2. par. §. 1. n. 2.* addens, hoc locum habere, dummodo ſeruata fuerit ſolemnitas, de qua in *l. 3. & 4. cum ſequen. tit. 11. & in l. 8. cum 9. ſequentibus, tit. 13. hoc lib. 9.* de quibus infra late agimus.

10 Similiter etiam conductores Regiorum redditutum non poſſunt deducere, nec allegare deceptionem, vel læſionem vltra dimidiam iuſti pretij valoris redditus tempore contractus, ſicut nec idem Rex hoc poteſt, ita diſponitur *in l. 15. d. tit. 9. hoc lib. 9.*

11 Ex quibus ll. ceſſat hodie, vt patet in hac gabellarum conductione ſicut & in locatione aliorum redditutum Regalium remedium, *l. 2. cum ſimilibus. C. de reſcind. vendit.* vt bene obſeruarunt Padilla *in d. l. 2. n. 15.* & nos *lib. 1. Canoni. Quæſtion. c. 39. num. 66.* & Matienc. *in l. 1. tit. 11. lib. 5. nouæ Coll. Reg. gloſ. 6. n. 4*, nec non & Girond. vbi *ſupr. & n. 52.* atque Laſſart. *de decim. vend. c. 18. n. 82.* Greg. Lopez *in l. 56. gloſ. magna ad med. tital. 5. part. 5.* licet iure communi contrarium teneat Bart. *in l. licitatio in princip. n. 4. in verſic. ſed ſi quis velit. ff. de public. & vectig.* quæ leges Regiæ iuſtæ ſunt, ne Regium patrimonium, cuius publica vtilitas eſt, quotidianis litibus vexetur, eo colore quæſito ex parte conductorum, quod læſio eſſet ad differendam, vel minuendam ſolutionem, præſertim, cum vt videmus in hoc à dictis legibus ſeruatur æqualitas inter contrahentes, quæ in relatione conſiſtit, argumen. *l. ſi id quod, in fine, ibi, vir bonæ fidei conuenire ei pacto ſtari, quod alteri captioſum eſſet. ff. de reſcindend. vend.* ita Laſſart. vbi *ſupra*, & Azeued. *in d. l. 14. num. 1.*

12 Ex quo etiam deducens, vt quod in locatione gabellarum in hoc ſtatuitur prædict. legibus, ad earundem venditionem extendendum non ſit: Etenim in huiuſmodi venditione reſciſſio dabitur propter læſionem vltra dimidiam, iuxta regulam generalem *d. l. 2. cum ſimilibus. C. de reſcind. vendit.* cum in hac ſpecie venditionis, ſcilicet, gabellarum, & aliorum redditutum Regiorum correcta non inueniatur *præd. l. 2.* ſed tantum in locatione, & conductione eorundem, vt bene obſeruauit Mencha. *lib. 1. de ſucceſſ. creat. §. 5. n. 11. Venetiis*, Laſſar. *ad fin. n. 82. c. 18.* & Azeued. *in d. l. 14. n. 1.*

13 Deinde, & ſecundo conductores gabellarum poſſunt in alium, vel alios æque idoneos, qui de fideiuſſoribus omnino ſatisfaciant dominis computatoribus maioribus, iura ſua, ſic à Rege conducta transferre, cedereque: quibus fideiuſſionibus ſic acceptis, liberantur præd. primi conductores, ſic transferentes, & cedentes, nullo contra eos amplius recurſu competente fiſco Regio, vt in l. 18. tit. 11. hoc lib. 9. ibi: *Haſta que el arrendador en quien fuere dexada, o treſpaſſada la dicha renta aya contendado de fiancas a contentamiento de los Contadores Mayores, o de ſus lugares tenientes: y en las rentas menores a contentamiento de los nueſtros arrendadores mayores, y recaudadores*: & clarius ibi: *Y no es razon, que el que paſſa la renta quede obligado en todos los años: Mandamos, que contentando de fiancas aquel en quien fuere traſpaſſada la tal renta, y ſacando el recudimiento del primero año, el que la traſpaſſare, ſea quito de todos los años*: hanc l. intelligo, præterquam ſi aliud in tranſlatione, vel ceſſione iuris, vel redditus Regij conuenerit inter partes, quia talis conuentio, vt lex contractus ſeruanda erit, iuxta *l. 1. §. ſi conueniat. ff. depoſit. l. contractus. ff. de reg. iur. l. qui fundum. §. fundi. ff. de contrah. empt.*

14 Tertio, quod ad conductores pertinent pœnæ in hac materia gabellarum per leges impoſitæ, præter eam partem, quæ iudicibus applicatur, & quæ non agunt de eo, quod conductorum intereſt, & fiſco, atque denuntiatori applicantur, *vt ſupra reſoluimus.*

SVMMARIA.

1 *Caſus fortuitus, & periculum redditus Regij ad conductorem pertinet*, excepto auiendo encabeçamiento, *vt latius declaratur, n. 2. & 3. ſecus eo deficiente, quia tunc obſeruanda eſt diſpoſitio l. 2. cum ſeqq. tit. 9. lib. 9. nouæ Coll. Reg. vt in n. 4. quæ multas habet ſingularitates contra ius commune, vt in n. 5. & 6. nihilominus iuſta eſt, vt in n. 7.*

8 *Locatio qualibet intelligitur more ſolito, & iuxta conſuetudinem locorum.*

9 *Penſio, nec remittenda eſt propter ſterilitatem conductoribus gabellarum, nec augenda ob vbertatem ex caſu fortuito proueniente, intellige, vt in n. 24.*

10 *Inter ciuitates, & villas, & quacumque alia loca, quæ in generali Regni conuentione comprehenduntur, ſeruari debet in hac materia conditio* 8. del encabecamiento general.

11 *Gabellarij conductores poſſunt contradicere pro ſuo intereſſe omne factum in ſuum præiudicium per dominum locatorem, vt hic, & n. 12. & vide numeris ſeqq.*

13 *Communitas vendens redditum molendinorum tenetur, ad intereſſe, ſi curſum aquæ impediat.*